



<sup>21</sup>  
B2281

VIRO  
PRAENOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO  
DOCTISSIMO QVE  
DOMINO  
GEORGIO  
VAGHI  
IAVRINENSI HVNGARO  
SVMMOS  
IN ARTE SALVTARI HONORES  
VIII CALEND. DECEMBR. A. O. R. MDCCXL  
IN ALMA VITEMBERGENSIVM ACADEMIA  
BONIS AVSPICIIIS COLLATOS  
GRATVLANTVR  
CIVES HVNGARI

---

VITEMBERGAE  
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

VIRGO  
IRENEOGRALIA MO EXTRAVINTISSIMO  
DOCETISSIMO DE  
DOMINO  
GEORGIO  
VAGHI  
IVARINISI HUNGARI  
SVMOS  
IN VITE SALVATRI HONORES  
IN ALIA VITAMPERGENSIS AVGDENIA  
CIVIS HUNGARI  
ALVIMPERGAE  
EX OFFICINA SCVLPIOMACINIA



Pone grauem fastum, palla succincta cruenta,  
Tisiphone, rabidam lampada pone manu.  
Nil morbos uulgasse iuuat, nil noxia Circes  
Toxica, Medea mil aconita ferae.  
Crede mihi, frusfra cladem partiris in orbem,  
Disponisque nefas, nil nocitura uiris.  
Alcides quondam, Thebanae et gentis Agave  
In furias acti, praeda fuere TVA.  
Sed nunc, quae uiguit, cecidit TVA prisca potestas,  
Nocte fatali pestes, bella mouere timent.  
En TVA, si necsis, morborum lurida castra,  
Clarus Poenia sustulit arte VAGHI.  
Is nunc Eumenidum ducit fera monstra triumpho,  
Et laurum Phoebi, munera digna, capit.  
Fortunate VAGHI, quem uirtus culmine celso  
Conflituit, magno cinctius HONORE, nites.  
Hunc TIBI grator ouans, Numen caeleste precatus,  
Alter ut HIPPOCRATES Pannoniae esse queas.

EXPERIENTISSIMO DOMINO DOCTORI  
posuit

SAMVEL CSERNANSZKY,  
Med. Stud.

Oblitupere omnes, intentique ora tenebant,  
Quid Superi uoluant, et quis fragor aethera tentet,  
Quid tremulis laetisca premat concentibus auras.  
Tum, uelut ex medio, placidus, stellantis Olympi,  
Phocbus, ait, uos, o carissima peccora nostrae  
Artis, adeste citi, meritis comprehendite uestrarum  
Praemia digna, aliosque inter, Doctissime VAGHI.  
Plaudite nunc Helicone deae cantusque mouete.

Gratulabundus apposuit

IOAN. PALTSEK,  
Thurocz. Hung. Philos. Stud.

## GEORGIVS VAGHI IAVRINENSIS.

*Vario ingenua bis suggestis.*  
Quo TE, nostrarum, VAGHI, fiducia rerum,  
Tempora, per variis casus, nunc laeta tulerunt?  
Quis nouus hic honor est, auroque coruca corona?  
In nunc, tam *varia* squalentia corpora morbo  
Aggredere, et felix TVA pectora casibus iftis  
Obice. Diuinus TIBI sic famulabitur, arte  
Ingenua, Phoebus. TIBI se medicamina pudent,  
Ex quibus infirmis certam sperare salutem,  
Et meliore frui rerum post forte licebit.  
Scilicet *bis* tradis, quae sunt ualitura, quid obfit,  
Quid profit, facili et docto quoque *suggestis* ore.  
Ergo TVVM Nomen toto celebrabitur orbe,  
In \* freta dum fluvii current, dum montibus umbrae  
Lustrabunt conuexa, polus dum sidera paicer.

\* Vira. Aenid. I. 61.

His se nominis fui memoriam EXPERIENTISSIMO  
DOMINO DOCTORI, Fautori et Confanguineo  
suo, commendare debuit

## A D A M V S B A L O G,

Iaurinensis, LL. AA. Cult.

h. t. Ciu. Pannon. Bibliothecarius.

Quos decet, hos merito TIBI nunc decernit HONORES,  
Q FAVTOR, Parnassi rector, Apollo, sui.  
A teneris etenim medicam totus coluisti  
Artem; quae TIBI iam laurea feta parat.  
I uelox igitur, CHARE ac Doctissime VAGHI,  
Et culti ingenii præmia digna cape.  
Non TE conturbant malefici, quando monebunt,  
Tam subito summum TE retulisse gradum.  
Calcar enim studiis, et non frenum esse datum scis,  
Laus ergo est artes excolluisse cito.  
Gratulor hinc studiis, magna cum laude, peractis,  
Auguror. et PATRIAE commoda mille TVAE.  
Gratulor, ecce, TIBI, Numen ueneratus, ut addat  
Primitis ipsius Praemia plura breui,  
Et iubeat, per TE semper releuetur ut aeger.  
Sic fies PATRIAE spesque decusque TVAE.

Boni omnis ergo adiecit

## I. G E O R G I V S L A N G,

Experiens Hung. Philol. et Philos. Cult.

h. t. Ciu. Pannon. Bibliothecarius.

Artis iam dudum medicæ documenta dedisti,  
Quid ualeat scripto nunc medicina doces.  
Quare Supremos capis, haud indignus, Honores.  
Virtutem merito sic comittatur honos.  
Cumque alar egregias prouincia quelibet artes,  
Virtutique siuum conflet ubique decus:  
Iam, quo uirtus TVA TE uocat, i pede fausto,  
Et uirtute, precor, præmia digna cape.  
In summis in arte medica Honoribus, Amico AESTV-  
MATICISSIMO, PATRIAM repetenti, collatis, applaudebat,  
PAVLIVS PARVI,  
Nitra Szakolzenfis Hung. AA. LL. C.

**Q**uos TIBI collatos hodie laetamur Honores,  
Omnibus his iam tum felix praeluperat omen,  
Cum multis PATRIAE ciues, medicamine fausto  
Erigeres, reddens stabilem certaque salutem \*  
Nunc iterum tatio fundunt e pectora quefus,  
Quos cancer modo, quos infesta in corpore torquent,  
Ut ferat auxilium praefens prudentia VAGHI.  
Ergo TVIS PATRIAEQUE diu exoptatus abito.

\* Conf. Doct. AVCTORIS Diatr. pag. 15. 32. 33. 34. 38. 39.

Gratulabundus scribebat

**DAVID KRISAR,**  
Comarom. Hung. Philos. Stud.

**D**efine, Fama loquax, ueteres celebrare labores  
Herculeos: noua nunc gesta canenda tibi.  
Define iam dictis septem miracula mundi  
Tollere: nostra dies plurima mira tulit.  
Aplice nunc VAGHIVM, cuius modo mille labores  
Aethereis scribi docta Thalia libris.  
Aplice nunc mentem, cuius miracula mille  
Artis Apollineas Pallas amica cant.  
Non igitur mirum, TVA quod iam tempora Phoebus,  
Docte VAGHI, lauro strigit utrinque sacra.  
Hanc TIBI nunc grator, fundens e pectora uota,  
Vt, tanquam Chiron, laude uirere queas.

Scribebat

**GEORGIVS SCHVHAIDA,**  
Castrif. AA. LL. C.

**T**E, Medicum nostrae PATRIAE, DOCTISSIME VAGHI,  
Cui potes arte TVA commoda mille dare,  
Gratulor, atque TIBI, Medici DOCTORIS Honores  
Collatos, quibus, ut dignus eras, studiis,  
Sic prompte ornaris, licet quo iam TIBI fructus,  
Artis et ingeni, carpere rite, TVL.

Habes, VIR EXCELLENTISSIME,  
mentem

**S A M V E L I S L A V R O,**  
Neogradensis Hung. Philol. et Philos. Stud.

**I**am TIBI palma datur, iam praemia iusta laborum  
Accipis, aeternum non sine laude decus.  
Summis in PATRIAM decoratus Honoribus ibis,  
Quac TIBI pro merito commoda mille dabit.

VIRO EXPERIENTISSIMO cum uoto  
felicitatis applaudebat

**S A M V E L M I X A D T,**  
Neogradensis Hung. Phil. C.

**N**on uagus ardor erat, Vagum, Doctissime VAGHI,  
Linquere et a puris tingier Albis aquis.  
Nil iter rabidus, Draus, Saus atque Tibiscus,  
Et segnis Balaton profuit usque TIBI.  
Tantus enim datus est Albus TIBI splendor ab undis,  
Vt Granus inuidet, Vagus et ipsi uagus.  
Flumina fluminibus magnam, licer, inuident uim,  
Quisque, TVVS, dicet, non uagus ardor erat.  
Hinc cum TE cernam nimum splendore coruscum,  
Gratulor, atque TIBI prospera fata precor.

Ita PRAESTANTISSIMO atque EXPERIENTISSIMO  
DOMINO GEORGIO VAGHI Summos in  
Medicina Honores gratulabatur

**SAMVEL INSTITORIS,**  
Solenis Hung. Phil. Cult.

**G**eehrter Freund, DICH ziert Hygäns Lorbeer-Crone,  
Du minnust vor DEIN Bemühn den Doctor-Such zum Lohn.  
DICH wird, was Du durch Kunst und Fleiß verdient, zu Theil.  
Drun wünscht DICH Herz und Mund viel Segen, Glück und Heil.  
Der Himmel schenke DICH nur lauter Freuden-Wölle.  
Das Unglück bleibe stets von DEM Sauh zurücke.  
DICH sei kein Trauer-Fall im Leben eine Last.  
Geh, endre ein, was Du hier ausgesetzt hast.  
Eil mit geschwindem Schritt nach DEM Vaterlande,  
Und diene seeligem in dem erwählten Stande.  
Doch wenn dasselbe DICH Glück, Ruhm und Ehre giebt,  
So denke an den, der DICH auch in der Ferne sieht.

Hiermit wollte dem Hochgelehrten und hochverdiensten  
Herrn Doctori seine schuldige Gratulation ablegen

**SIEGMUND KIS,**  
Nemes Cloenfis Hung. Phil. Cult.

**A**nte TVAS noui laudes, quam Leucoris undas  
Lufrathi, in PATRIA iam TVA fama fuit.  
Nec, quos hic gressus posuisti SVGGERO uerba:  
Sat, IVGA qui Muia iam superauit, habet.

Scribat  
**IACOBVS MOKOSCHINY,**  
Hontensis Hung. Phil. Stud.

**V**erae uirtuti uotus VAGHI utilis unquam  
Vaferat a Vago Vitembergam ueniebat;  
Ut uideat uires, uirtutes, uerba, uiorum.  
VAGHI uir uictor, uotis uechitur, uenerandus.  
Gloria! gaudebit gens, gens generosa GEORGII;  
Gaudebunt gnaui gnocentes grandia gesta,  
Gesta gradum generant; generetur gestio gestis,  
Gestis grandescat. Grandescat, gestio gnaue.

Vota uotius, gaudia grandia exhibet  
**PHILIPPVS IACOBVS ĆZABKAI,**  
Cib. Saarof. Hung.

**I**am Iuuenis documenta dabas, mala saepe domando  
Semina morborum, uelut alta mente reposum est.  
Nunc merito, cunctis superatis, praemia digna  
Arte TVA uirtute paras, perdocta docendo.  
Gratulor hinc, IOVAM submissa mente precatus,  
Ut VAGHII Nomen, constanter in Orbe perennet.

Paucis candidam testatur mentem  
**MATTHIAS HOLKO,**  
Gömöriensis Hung. Philos. Cult.

**E**ia MUSA! pange carmen,  
Gratulare VAGHIO!  
Quippe qui sit affsecutus  
Lauream AESCVLAPII,  
Quam sua uirtute pridem  
Meruit per PATRIAM.

I, medelam praebiturus,  
Digne ciuis, ciuibus:  
E funesta morte, felix  
Liberato plurimos.  
Nil TVAE uirtutis alas  
In uolatu impedit!

Sic TVVM Decus celebrat

**PAVLVS HOLVAITH,**  
Hung. Philol. et Philos. Cult.

Ferte citi laudes; et quos amor excitat arcus,  
Edite non fictas hilari de pectora uoces.  
Plaudite Doctori, quem multa reddidit arte  
Insignem PALLAS, tuires usumque medendi  
Pulcher APOLLO dedit. DOCTOR NOVE, uiue perennis.

**IOANNES IACOBÆI,**  
Modra-Hung. Phil. Cult.

**V**ermiculos nasci monstras in corpore nostro,  
Accipiens Summos, VAGHI, Doctoris Honores.  
Esto memor fœtus, quem gignis, DOCTE GEORGI!  
Cum sis, ut Vermis,\* uitam fugi mauste superbam.  
Sic uiues felix per multos Nestoris annos,  
Sieque TVVM tempeſt nomenque decusque manebit.

\* Iobi XXV, 6.

**JOSEPHVS HREBENDA,**  
Cserencsino Honten. Hung. Phil. Cult.

**H**ochwertigster Freund, ich muß DEIN Lob  
besingen,  
Und DEIN von meiner Pflicht das erste Angeld bringen.  
Drum schärfe meinen Kiel, so viel ich immer kan,  
Und sang aus hohem Thon ein frohes Liedgen an.  
DU schmückst die Landsmannschaft mit DEINER DOCTOR-Würde,  
DU machst auf solche Art dem Deider eine Bürde,  
Da DU in Wittenberg den Lorbeer-Kranz erlangst,  
Und mit dem DOCTOR-Schuh auf dem Catheder prangst.

Doch DEINE Grobmuth wird, uns allen zum Vergnügen,  
Den Nieder mit Gedult aufs glücklichste besiegen.  
Denn DU vermehest den Ruhm, die Praxis ist bekannt,  
Die DU bereits gehabt in DEINEM Vaterland. AVT  
Daher will man hier den achten Fleiß belohnen,  
Und in der Doctor-Wahl DETH keinesweges schönen.  
Man wünschet DIR viel gutes, es werde stets erfüllt,  
Dass DIR das beste Glück die schlimmsten Sorgen stillt.

Hiermit wollte sich dem Herrn Doctori  
bestens empfehlen

### IACOBVS LANY,

Hung.

Pannonicæ decus es gentis, columnenque TVORVM,  
Pectus enim decorat, DOCTOR, APOLLO TVVM.  
Quo decoratus abi, PATRIOS contingito lares.  
Commoda fer PATRIA non numeranda TVAE.

Haec VIRO EXPERIENTISSIMO, Fautori  
et Amico suo apposuit

### MICHAEL CICATRICIS,

AA. LL. C.

Artis erat quondam morbis dictare leuamen,  
Nunc laus est artein continuasse TVAM.  
TE PATRIAЕ Ciues talem sibi crede futurum  
Promittunt, qualem noscere iam poterant.  
Nunc igitur redreas fatis felicibus, opto,  
Et medica facias commoda mille manu.

Ita mentem suam testabatur

### SAMVEL IVANKA,

Hung. Saaroff. LL. AA. Cult.



Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



172

VIRO  
PRAENOBILISSIMO EXPERIENTISSIMO  
DOCTISSIMO QVE  
DOMINO  
GEORGIO  
VAGHI  
IAVRINENSI HVNGARO  
SVMMOS  
IN ARTE SALVTARI HONORES  
VIII CALEND. DECEMBR. A. O. R. MDCCXL  
IN ALMA VITEMBERGENSIVM ACADEMIA  
BONIS AVSPICIIS COLLATOS  
GRATVLANTVR  
CIVES HVNGARI



VITEMBERGAE  
EX OFFICINA SCHLOMACHIANA

